ſapiens diuitias nichil appetendo. pacem nichil timendo.
Ex diuitiarum uicimus ut non gemmas calcare noli
mus. Qui ſordido uehiculo erubeſcit precioſo gloria
tur. Nichil intereſt utrum ab homine an a fortuna
res tuas mutuo accepis. Quare ſapiens magnus
eſt. quia magni animi habet. Jndia mittit ebur.
melles ſua tura ſabei. ꝗ calibes. Jndi. Omnia
que homini neceſſaria in diuiſis locis natura poſuit. ut
exgererentur homines in ſimul commercia inter ſe habi
contur. Sacrilegia parua puniuntur magna
pro triumphis ponuntur. Corpus multa excent.
animi pauca. Corpus multis indiget. Animus
ſe cerſat. Quicquid te poteſt facere bonum tecum eſt.
Quid tibi opus eſt uelle. Quid autem melius uelle po
tes quam eripere te a ſeruitute. quam et mancipia et
effugere conantur. Pro libertate nunc erit nec tri
qui emit habent nec qui uenderit. Tibi oppor
tet tes libertatem. a te petas. libera te primum
metu mortis. Jlla nobis iugum imponit. deinde
metu paupertatis. Scepi in dubiis pauper non eſt.
hoc qui diuites uocantur ... ficta eſt.
Incipit Tractatus Senece de clemencia ad Neronem.